

975  
1745

De  
**Regno Dei,**  
A Jesu, Servatore nostro,  
in terris condito,  
quae ejus sit ratio et quomodo vigeat nostris  
temporibus?

---

**Dissertatio Theologica,**  
quam  
Examini Eanditorum,  
procuratorum  
Summe Reverendi Ordinis Theologorum Academiae  
Caesareae Dorpatis florentiss.  
submitit

**Auctor**  
**Augustus Guillelmus Tappe,**  
Philosophiae Doctor, Censuram in aula oratoris, Praeceptorum  
et Ethicam christianam in schola, Germanicae gentis juvenum  
instructor, Philosophi publicae Arentsburg primarius,  
S. Petri nomine olim, publice docens.

---

Dorpani Liv.  
A. S. r. 15 lo cent.  
Typis J. C. Schönmanni, (Typographi Dorpatis)



Imprimatur  
ea quidem tibi condidisse, ut, simulque dissertatio haec ty-  
pia aeterna sit et sinequam divulgetur, scriptum Estemphris,  
quae secundum jussum supremum distribuenda sunt, scilicet  
universitati Universitatis, cui cetera librorum mandato est  
traditur.

Dorpat. Pril. Cal. Decembris mccccxx.

Christianus Fredericus Segelbach,  
Philos. et Theolog. Doctor, Histor. ecclies. et Liter.,  
Theolog. Professor P. O., a Comitiis adlicis;  
h. s. Decan. Fac. theol. etc.  
Censor.

D 9975

Viro

Excellentissimo atque Illustrissimo,

**Sergio Simeonidi de Uwarow,**

Augustissimo omnium Russiarum Imperatori a Consil.  
sacro senati, Ordinis St. Joannis Hierosol. Episcopi, Re-  
rum educationum per provinciam Petropolitaram  
Curatori gratissimo, complurium societatum  
literarum sodali,

Studiorum linguarum veterum, tam orientalium,  
quam occidentalium,

et Maecenati et Cultori Peritissimo,

Doctissimo,

hocce opusculum

ob summam Reverentiam atque Observantiam  
publicam interpretem,

D. D. D.

Auctor.

Vir Illustrissimo, Excellentissime, Doctis-  
sime,  
Fantor ad cineres usque Colende,

Linguarum veterum dignitatem internam  
et vim nrisicam ad omnes animi humani  
facultates optime dexterrimeque excolen-  
das ac formandas, quis est, qui Te, Vir  
Illustrissime, penitus norit, apertius con-  
fiteatur, Te, inquam, ut Cui Pierides ip-  
sae, singulari favore ductae, adytum san-  
ctuarii patefecerint?

Pro lauto illo, quo flagras, studii veterum linguarum amore (quibus quidem sacris ignibus lucusque inter nostrates eheu! non nisi parvulus grex ardet) gratias Tibi acturus, quas possim, maximas, meamque erga Te reverentiam atque observantiam haud fucatam, qualis fere est cunctorum Ruthenorum, Philologiae et reliquarum litterarum studiosorum, postquam testificatus, opusculum hoc quaecumque, omni, qua par est, observantia dedicare Tibi ausus sum. Quod, ex causis quidem fortuitis profectum, libelli mei: „De eo, quod homini inest Divini atque Aeterni“ lingua

vernacula nuperitine edūi quasi aedī-  
fūm, non satis dignum esse, quod nomen  
Tuū in fronte gerat, equidem non ignoro.  
Sed mentem Tuam candidam hoc quoque  
munusculam, ut grati animi summaeque  
observantiae tesseram, donec meliora Tibi  
offere licuerit, benevole accepturum esse,  
persuasissimum habeo.

Faxit Deus T. O. M. ut quantum in Te  
est studii veterum linguarum ceterarumque  
literarum, laetandem commodi inde re-  
dundet in patriam, quam jam pridem et me-  
am salutare gestio, salutem atque honorem,  
et, longaeva vita ornatus, ut diu fruaris Tuo-

rum studiorum eorumque fragum dulci me-  
moriam. Dabam Petropoli, Idus Decembris.  
A. R. S. c183ccxv.

D. Augustus Guilielmus  
Tappe.

Regnum divinum inter mortales constitutum, de quo verba facere apud antiquum constitutum, in codice S. M. T. tribus potissimum celebratur nominibus: 1) Regni coelorum, (τῆ βασιλείας τῶν οὐρανῶν, Matth. III, c. c. XVIII, 3 etc.)—2) regni Dei, (τῆ βασιλείας τοῦ θεοῦ, Matth. VI, 33) et 3) regni Christi, (τῆ βασιλείας τοῦ χριστοῦ, Eph. V, 5, ubi loci subadditur: τοῦ θεοῦ, quasi dicat Apostolus: regnum Christi, idque divinum. — Conf. Joh. XVIII, 36. Col. I, 13.—) Ad primum quod attinet (τῆ βασιλείας τῶν οὐρανῶν), ex Hebraismo (מַלְכוּת שָׁמַיִם) prodire, vix est, quod moneamus. Heliceni enim, maxime inferioris aevi, voce מַלְכוּת, vi Metonymiae, loco nominis cujuscunque divini, h. e. pro ipso Deo, uti sunt. Hinc legitur in Meirisch

Cohemoth c. V, v. 6. „qui venit visitatum aegrotum, dicit: (תָּיִב מִתְּרֵי עֵשֶׂוּס) Coelum (i. e. Deus) miseratur tui!“ et in Pirke Aboth, cap. 4. „Reverentia praecipua esto tibi (עֲרֹבָה מְרִיבָה), sicut reverentia coeli (i. e. Dei).“ Plurium exemplorum curiosus qui fuerit, adeat Jo. Buxtorfii Lexicon Chald. Tishlamud. Rabb. vol. 240. sq. Hinc vel ipsum scribendi compendium, pervulgatum in Judaeorum libris: שׁוֹבָב (i. e. עֲרֹבָה מְרִיבָה) leve at nostrum: „I. N. D.“ (In nomine Dei) et Mahamedanorum „Bismillah.“ Sed iam Christi, Servatoris, aetate ibidem invaluerat idem dicendi usus, uti satis sapienterque docent loci quaedam scripturae S. N. T: ut: Matth. XXI, 25. Marc. XI, 30. 31. Luc. XV, 18. 21. c. XX, 4. 5. Joh. III, 27. — Secundum nomen (ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν) magis tuetur proprium sensum, ab usu tropico (magis saltem, quam prius), alienum. Tertium (ἡ βασιλεία τοῦ υἱοῦ τοῦ θείου) innuit regni divini, Deo T. O. M. auspice constituti, ipsum moderatorem sapientium, οὐρανῶν βασιλεὺς (ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν) h. e. Regem, imperantem divinae civitati (τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, Act. XX, 28. τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ Ἰερουσαλῆμ, 1. Tim. III, 15.)

Christum, servatorem, doctoris inter suos divini partibus fungentem, summae usque ac vere divinae sapientiae exemplar. id semper

egisse, ut, quae suae aetatis Judaei sentirent, non omnino adspernaretur atque exploderet. Judaicum dicendi Judaicaeque superstitionis ideas exprimendi modum non nisi rarissime fuditus repudiaret, sed benigne ac liberaliter corrigere, castigare atque emendare, constat inter Theologos. — Christus, servator, non ignorans, suae aetatis Judaeos persuasos esse, fore, ut rex quidam longe potentissimus, e tribu Judae orandus, olim prodeat, regnum conditurus longe vastissimum; gentem suam e servitute Romanorum liberaturus; libertatem ipsi vindicaturus gloriosissimam; auream aetatem, probitate majorum denuo invalescente, egregie restitutus: prudentia divinus ductus, non omnino contradixit suis, sed castigavit et correxit, quae suo ipsorum ingenio suaeque superstitione ducti sinistre docerent. Notionis de regno divino inter Judaeos olim coadendo natales proxime sunt potendae ex Dei nielis oraculis II, 44. cap. VII, 15. 14. 27. Oraeuli prioris verba sunt, quae sequuntur:

בְּהַיְתוֹרֵי יְיָ עָלְמָא דְּאַחַד הַיּוֹם אֵלֵּי שְׂמַיָא הֲלֵי  
 וְיִלְלֵי וְיִשְׁתַּחֲוֶי וְיִתְפַּלְלֵי וְיִתְבַּחֲדֵי וְיִתְקַדְּשֵׁי וְיִתְעַבְּדֵי  
 וְיִתְפָּדֵי וְיִתְעַבְּדֵי וְיִתְפָּדֵי וְיִתְעַבְּדֵי וְיִתְפָּדֵי

I. e. Regum illorum aetate, eriget Deus coelestis regnum, nulli omnino cor-

ruptioni obnoxium, cuius regimen nulli alii genti relinquetur, communitatem consumaturumque regna ista omnia, ipsum quidem per secula duraturum. Posterius Danielis oraculum (cap. VII. 15. 14. 27) sic se habet:

15. וְהָיָה כִּי יִשְׁכַּב בְּמִיטָתוֹ וְיִשְׁכַּב עִמּוֹ כְּבָר  
אֶשֶׁר אֵתָּה הָיָה וְעַתָּה יִשְׁכַּב עִמָּךְ כְּבָר אֶתְּמוֹתַי  
הַקְּדוֹטוֹתִי: 14. וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה  
אֶתְּמוֹתַי וְהָיָה אֶתְּמוֹתַי אֶתְּמוֹתַי אֶתְּמוֹתַי  
עַד אֶתְּמוֹתַי וְהָיָה אֶתְּמוֹתַי - - - 27. וְהָיָה  
וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה  
וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה  
וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה וְהָיָה

i. e. 15. „Vili, in visione nocturna, in nubibus caeli (nescio quem?) venientem, mortali similem, pertingentem ad seniorem illum proximaeque accedentem ad eum, 14. qui dedit ei postestatem, honorem et imperium, quem omnes gentes nationesque quam maxime diversae colent; cuius imperium esset aeternum, nunquam transiurum; regnum eius nulli corruptioni obnoxium.“ — — — 27. „Regnum et imperium ac majestas regnorum terrenorum dabitur genti sanctorum Altissimi, cuius regnum erit aeternum. Imperia omnia colent eum eique obtemperabunt.“

Ex his Danielis, prophetae, oraculis colligebant *Judaei*, Deum altissimum olim restitutum esse maximeque amplificatum rem publicam patrum, eamque ad illius potestatis ac maiestatis fastigium erecturam, unde, hostibus omnibus devictis, iugo Romanorum aërbo ac servillius decusso, perfectissimaque libertate restituta, dominaturi sint in omnes terrarum gentes. Inperantem huic imperio sepe omnino civili (jusi quod et veri Dei cultum tunc pariter emendatum crederent) constituebant *Messiam*. Quae quidem de imperio illo Messiae gloriosissimo, eodemque maxima partem civili persuasio, Jesu, Servatoris, ejusque Apostolorum aetate, omnium *Judaeorum* opplevit animos. Quid? quod iulca haerebat per aliquot tempus in animis ipsorum discipulorum, comitum atque amicorum Jesu? — Joannes, Baptista, ipse, licet digniorem summi nominis cultum morumque probitatem supremam regni Messiae legem esse pro certo putaret, (Luc. III, 16. 17) ideoque morum corrigendorum tanto studio aduocaret suam gentem (*Miserere!* Math. III, 9), dubius animi tamen fuisse videtur, an regnum Messiae ab omni constitutione formaque civili fuerit alienum? Fidem facit legatio illa Joannis Baptistae e carcere ad Jesum missa, (Math. XI, 1—11) querens ex Jesu, dicis tantisque

mirandis tunc longe famosissimo: „Σὺ δὲ ἐργάζῃσιν, ὃ ἕτερον ἀποδοκίμας!“ — („Ergas! „qui magis, quam Tu, regis civilis regiaeque majestatis speciem praebeat, quem ad regnum ex parte saltem civile instituum magis idoneum putare possint nostrates?“ —) Concinunt, quae respondit Jesus, maxime v. 5 & 8: „Μετρίως ἔστιν ὅτι τὸς μὴ ἐκωδοκίμας ἔτι ἐσὶς.“ Beatus, ait, cui non est: offendiculo tenuis haec mea, sane non regia, conditio, nec sibi persuadet, me, ideo, quod regis terreni speciem haud prae me feram, non esse Messiam, regni divini conditorem ac moderatorem supernum!“ — et v. 8: „Τὴ ἐξήλθην εἰς; ἀδελφοί ἐν ματαίῃς ἡμετέροις ἠωσθημένοι; ἀλλ, εἰ τὰ ματαία φερίσονται, ἐν τῷ ἔθει τῶν θεοδόκων εἶμι.“ („A quorum facie, ait, conditioe, negotia ac moribus equidem sum alienus!“) — Sed opinio nis Judaicae de facie sineque divini regni, certe aliquam partem civili conceptae, vigentis inter Jesu amicos, vestigia magis manifesta exhibent loca codicis S. N. T. quaedam alia, ut: Luc. I, 32. ubi Angelus ille: Ὄφρα, ait, ἔσται ἡ βασιλεία σου — — καὶ λέγει ἑσὶν ἡ βασιλεία σου ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐν τῇ γῆ. De regno, ex parte saltem: civili quis non cogitaverit, atouti: le-

gens haec Angeli verba? — Salome, Zebedaei uxor, Jacobi et Joannis mater, (Marc. XV, 40. c. XVI, 1.) petit a Jesu (Math. XX, 20), ut summus in ipsius regno honores conferret in suos filios. De civili- bus honoribus, adeoque de regno Jesu ex parte saltem civili cogitasse Salomen, liquet. — Praeterea ipsius Jesu, Servatoris, discipuli intimi- que amici, quaerunt ex eo, rediit, Hieroso- lymis ipsorum societatem ingresso: (Act. I, 6) *ἡρώδης, ὁ ἐκ χριστοῦ ἀποσταθείσας τῆς βασι- λείας τῆς ἰερουζαλὴμ;* — Nonne cogitaverunt de re- publica Judaeorum civili restituenda? — —

Quis dubitet, Christum discipulos suos at- que amicos abunde docuisse, regnum suum non esse terrenum? (Joh. XVIII, 36. 37. Luc. XVII, 20. 21.) — Sed inhaerebant, prout solent morales, suspicioni inter suos solenni, fore, ut, ex parte saltem, civile fuerit ac terrenum. Deni- que tamen, ex quo veri fideique sensus (spiritus veritatis, a servatore ipsi promissus, Joh. XVI, 13.) potius est illorum animis, ita deleta fuit atque evanuit ista Judaeorum redolens opinio ex ipsorum animis, ut ne obscurum quidem ve- stigium qualecumque remaneret.

Quod restat, non est, quod mireris, disci- pulos, comites atque amicos Jesu, diu iohannise suspicioni, regnum divinum a servatore insitu-

endum, aliquam certe partem fore terrenum, cum Jesus regem (*βασιλεύς*) ingenuè sese dixerit, (Joh. XVIII, 37.) aliisque ejusdem fere notiois uteretur nominibus, ut: 1) Christi, (*τῷ χριστῷ*) i. e. Messiae (*μεσσίας*) Matth. XXVI, 63. c. XVI, 16. 17. 2) Filii hominis, (*τεῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου*) nomine ex Danielis oraculis supra commemoratis (c. VII, 13. 14) petito. 3) Filii Dei (*τεῦ υἱοῦ Θεοῦ*), quod idem omnino esse, quod *ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ* (*υἱοθεῖας*) discas ex evangelis Matthaei (c. XVI, 16. c. XXVI, 63), Marci (c. VIII, 29) et Joannis (c. I, 49. c. VI, 69). 4) Pastoris (*ποιμαίνω*), (Joh. X, 12) conf. LXX, Ezech. XXIV, 23. XXXVII, 24. Eodem nomine, sensuque simili utitur Homerus (Iliad. 2, v. 263. *ποιμαίνω λαῶν*, i. e. scholiaste interprete: *βασιλεύω ἐξέλω*. — Conf. Iliad. 8, v. 245.) Similiter *Χεαοφρον* (Mem. III, 1. 2), Philo (vit. Mos. p. 612. de Agricult. p. 416), alii. Hesychius interpretatur *ποιμαίνω βασιλεύω*.

Sunt, qui existimant, Jesum servatorem, ideo potissimum se dixisse regem, quod Philosophi Stoici reges (*βασιλεῖς*) sese dixerint\*).

\* Diog. Laërt. VII, 1. 64. (*ὁ ἄνθρωπος εἶπε βασιλεύω*). Vid. S. R. Ammonii (praefationis meae ad *Stoicos* capite colendi) Theologiae bibl. Tomi III. p. 13. 141.

maxime cum Jesus (Joh. XVIII, 37.) Pilato interroganti: „Ὁὐκ εἶμι βασιλεὺς ἢ οὐκ”; responderit: „Ὁὐ λέγω ἕτι βασιλεὺς ἄλλ’ ἔγω· ἔγω εἰμι καὶ οὐκ ὑπερίσταναι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλάλησα ἵνα τοὺς νόμους, ἧσα μὴ ὑπερέβητε καὶ ἀλλοθίση, κ. τ. λ. — Sed habere mihi videor, quod dubitem, an Jesus diceudi usum mutuatus fuerit a Philosophis Graecorum Stoicis, quum longe propior ipsi fuisset Hebraeus adeoque paternis divindi usus. Regni divini in terris conditorem futurum, Regem (ἡγεμῶν) dicebant Judaei. Quid mirum, quod Jesus Regem se dixerit? Accedit notionis nomini regis inhaerentia, cum conditione partibusque Jesu, mira convenientia. Nam condere ac promulgare leges, imperare populo legibus hisce obstricto, regum est. Legibus a rege latis obtemperare est civium, ipsi ipsiusque legibus subjectorum. Nonne leges tulit Jesus? Nonne imperat civium legibus acceptis sibi obstrictorum coetui? (ἔγ’ εἰμι ἀρχὴς δικαιοσύνης) Nonne praeest suo imperio? Nonne igitur Rex jure meritoque dicendus Jesus erat? — Eodem spectare mihi videntur ipsa servatoris, Pilato respondentis, verba (Joh. XVIII, 37): Ἦναι ὁ ὄντι τοῦ ἀπαθῆσαι, ἀκούσει μου πῶς φασίν. („Obtemperat, ait, praecepta meis, servat meas leges.”)

Antequam de divino regno a Jesu, serva-

tore, condito, ex mente ipsius ejuoque apostolorum accipiendo, ubertius dico, praemittendae sunt quaedam observationes, a scopo nulli proposito, prout videntur, haud alienae. —

Institutum esse naturae humanae divinum quid (שֵׁרֵי עַל), non docent solum scriptores sacri, tribuentes homini מִלֵּאָה (מִלֵּאָה); מִלֵּאָה אֱלֹהִים (מִלֵּאָה אֱלֹהִים), ac docentes, hominem creatum esse ad Dei imaginem (בְּצַלְמֵי אֱלֹהִים), sed docent pariter profani. Quis quaevis vir doctus Platonis, Ciceronis, Senecae aliorumque scriptorum Graecorum Romanorumque longe celebratissimorum non meminerit? — De ratione, „parte meliore nostri,“ qua praedita est humana natura, cogitasse tam sacros, quam profanos scriptores, non est quod doceam. Homo ratione praeditus, Dei quodammodo similis, ad rationis perfectum usum non nisi summo studio longaeque exercitatione atque experientia pertingere solet. Hinc populi, rationis nondum satis exercitatae solertisque, rudes sunt, rudis ideoque et Dei Doctrinae cultus. Rudes, nec rationis solertis culturaeque erant Hebraei in Aegypto pastorem vitam agentis. Propter Moseum, religionis praecepta ipsis daturum oportebat, rationi, qua tunc utebantur Hebraei inexercitatae, puerilem quam dixeris, — consulere, usque religionis praecepta in-

jungere ab ingenti rationisque illorum modulo haud aliena. — Quae pericula omnibusque numeris absoluta quis dicere auit? — Sed sensim adirebant, prophetis regibusque divino afflatu claris, doctoribus, ad magis perfectum rationis usum. Prudentiores in gente rite suspicabuntur, nationis magis exaltatae ingenio, futuro tempore, haud amplius suffocatae esse religionem Mosaicam, persuasi, spero, ut olim exsurgat, qui religionem paternam et publicam sacra corrigat atque emendet. Nec fallentur; prophetis illis de illustri quodam religionis paternae instauratore ac reformatore vaticinantibus.

Longum foret, singula prophetarum huc spectantia in medium proferre oracula. Duo sufficient! (Jes. LV; 1. sqq. c. LX, 1. sqq.)

In priori oraculo (Jes. LV, 1. sqq.) invitat Deus sitientem quemcunque ad hauriendam aquam<sup>1)</sup>; ad emendandam absque ullo pretio solvendo, absque omni argento (אֵלֶּי אֶתְּמָן וְיָרִיבֶיךָ) vinum et lac. — Aquam, vinum et lac religionis purioris nobiliorisque, mentem relictae et recreantis imagines esse, exploratum est inter interpretes. Non cogitandum esse de

<sup>1)</sup> Conf. Job. IV, 10. (עַל אֵי הַיָּמִים יִשְׁתָּהוּ וְיִשְׁתָּהוּ אֶתְּמָן וְיָרִיבֶיךָ) cum vs. 11, 15, 14, 15.

Mosaica religione, docet et res ipsa, et ab-  
unde satis V. 2. ubi Deus reprehendit popu-  
lum suum, enturum, numerata pecunia soluta,  
panem, qui, ad famem depellendam viresque  
reficiendas parum sit idoneus, nomen panis  
vix mereatur (פאנען פון אים קען מען נישט  
מאכען פאן), invitans potius ad victum capien-  
dum magis optimum magisque selectum: —  
(פאנען פון אים קען מען נישט מאכען פאן)  
Dubium non est, quia reprehendat Deus suum  
populum, insistentem Mosaicæ religioni, sa-  
cerorum publicorum tantis tanque profusis sum-  
ptibus exhaerenti ipsius cultores, cura religio-  
nis adoptandæ longe dignioris, nullisque om-  
nino impensis oneratae, instet oportunitas.  
Regnum divinum a Messia olim constituendum  
quis non meminere oraculi hujus lector atten-  
tus?

In posteriori oraculo (Cap. IX, 1. sqq.)  
dicit Deus, lucem claram, illustrem et glorio-  
sam exorituram esse suo populo, collustraturam  
deinde et alias gentes. De luce religionis  
magis illustri cogitandum esse, nemo non videt.  
Hebraea gens Jesaiae, prophetae, aetate Mo-  
saicæ religioni quam jam fuisset addicta, sequi-  
tur, ut Deus in hocce oraculo spem ipsi injiciat,  
fore, ut religio magis perfecta et tum ipso Deo,

rum homine rationis ingenique cultioris dignior, in locum Musaeae olim succedat.

Præstitit sane Deus T. O. M. quae promiserat suae genti, Jesu, servatore misso, condescendo divinum regnum (*τὸ βασιλεῖα τοῦ οὐρανοῦ*, seu *Θεοῦ*).

Regni divini in codice S. N. T. creberrima ac solennis commemoratio; nec dubia circa genuinam notionem, sub qua usi sunt ista dictione Jesus ejusque legati. Tanto magis est, quod invenitur, b. Koppiani, virum quondam doctissimum, ingenii acumen conspicuum, oraculorum sacrorum N. T. dexterissimi interpretum, in errorem inductum, statuisse, (Excurs. 1. Epistolae Pauli ad Thessalonicenses datae 14, subnexo: „Deo regno Christi in N. T. expresso,“ p. 92. sqq.) regnum divinum (*τὸ βασιλεῖα τοῦ οὐρανοῦ* s. *Θεοῦ* s. *Χριστοῦ*) in N. T. commemoratum accipiendum esse de insigni quadam futura regis triumphantis majestate. Sed non nisi oraculorum S. S. N. T. lectoris attentione animi opus est, edocendi atque intellecturi, permultis in locis notionem illam a. b. Koppio commendatam neutiquam habere, nec habere posse, locum. (Conf. L. augii Adiramenta ad Guil. Abr. Telleri Lexicon N. T. reale, Tom. IV. p. 69. sqq.)

Sed ante quam dicimus, quae nos quidem

sentiamus de sensu dictionis (βασιλῆα τῶν οὐρανῶν s. Θεοῦ, s. χριστοῦ) in N. T. solemnī, in medium proferre liceat loca, in quibus Joannes Baptista; Jesus, servator ipse, ejusque Apostoli mentionem ejus faciunt.

Joannes, Baptista, divinum regnum, et ut iustans quidem, primus commemorat, (Math. 5. 3.) sed tantum abest, ut terreni regni solammodo moralis suspicionem movere studet, ut clara voce exclamet: Μεταστῆτε — ἕρχεται γὰρ ἡ βασιλῆα τῶν οὐρανῶν. — Com. 8. Iudaeorum Theologus hypocritas, Phariseos et Sadduceos, ipso admonet: Παύσατε οὖν καρποὺ ἀφῆκε τῶν μετάνοιαν. Comate 11. monet idem, initiare se esse, quicumque respicere et ad frugem redire velint, tamquam regni divini cives futurorum, baptismo simplici ac vulgari, sed regni divini conditionem ipsum multo nobiliori atque efficaciori baptismo laetum: Αὐτοῖ, inquit, ἡμῶν βαπτίσματα ἰσχυρότερον ἔσθι. stupentiores vos reddet et sanctiores, ita ut divinus afflatus vos animatus sit. Joh. 5, 28. 29q. docet, se non esse τὸν χριστόν, seu Messiam, regni divini conditorem ipsum, necesse, nisi ipseus ἀπέσταλται et praecorem; se esse terrenum, illum coelestem, missum a summo Numine, traditurum divina praecepta (οὐ θέλωτα εἶ Θεοῦ λαλῶν. 36), et qui Deus concesserit immensas animi

virtutes et sapientiam humana quaequeque superiorem: *Ὁ γὰρ αὐτῶν* (sicut olivae prophetis, —) *ἐλάσει* (sc. *ἀπὸ*) *ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα*: ergo *πνεῦμα ἁγίων*, quo instructum, ad constituendum regnum omnino spirituale (*βασιλείαν τοῦ ἁγίου* seu *Θεοῦ*) idoneum sese praesitutum. — Joh. 1, 29, de Jesu, regni divini auctore futuro: *ἰδὲ, ἰνquit, ὁ ἁγίος τοῦ Θεοῦ, ὁ ἀγαπᾷ τὸν κόσμον τὸν πνευματικόν*, h. e. „En regni divini conditionem, sacrificatorum sese pro salute mortalium, ablatum peccata, obtulerunt miseriae humanae fontem!“ Inde liquet, Joannem regnum illud divinum a Jesu, Servatore, instituendum annunciasse ac praedicasse ut *mere spirituale ac morale*.

Accedamus jam ad ipsum Servatorem, omni, qua par est reverentia, cogniti ex divino ipsius ore, quae, ipso teste, divini regni fuerit ratio.

Regni coelestis prima mentio, a Jesu, servatore facta, mentioni a Joanne baptista injunctae similima. (Vid. Matth. IV, 17.): *Ἔγχετε ἑστέ ἡ βασιλεία τοῦ οὐρανοῦ πληροῦσα*. *Μετανοεῖτε, ἵνα εἰσέλθη ἡ βασιλεία τοῦ οὐρανοῦ* (conf. Marc. 1, 15.) — Docet igitur Jesus, id quod Joannes, baptistes, docuerat idem, regni divini civibus futuris esse *resipiscendum*, a *prava mente* discedendum et *redeundum* ad *regem*. Ergo regnum

divinam, ex merito Jesu, neuiquum esse terrenum, nec nisi animi probitatem, morum castitatem, ingenii mentisque, cetera sacra, collutacionem illustrem spectare, patet. Propterea Jesus, cum populus, ob mire dictorum factorumque vim mirificam, suspicaretur, eum esse Messiam (Judaeos e servitute Romanorum liberaturum, id agens, ipsum ut regem sibi praeficeret, subduxit se stolidorum conspectui, seque, dens solus in montana. (Joh. VI, 15.)

Alio loco (Joh. XVIII, 26, 27.) ingenne ac discrete probiteur Jesus, suum regnum non esse terrenum, non civile; (ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ) id quod abunde doceant omnis sua conditio, suus cultus, sui morea. Alter ministris cohortibusque armatis circumscriptus armis conflictatus esset cum Judaeis, evanurus eorum insidiis! — (Εἰ ἴτε τὸ κέρον τούτου ἢ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, εἰ ἕσπεύεται ἂν εἰ μοι ἀναβύσσετε, ἵνα μὴ παραβῶμαι τοῖς Ἰουδαίοις.)

LUC. XVII, 20. Pharisaeis per iudibrium exprobrantibus servatori regnum divinum ab ipso condendum, serpidetque interrogantibus: «Quando venturum caset ad regnum?» respondit: Οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως, οὐδὲ ἑρῶσεν Ἰσραὴλ, ἢ, ἰσὺ ἰσὺ. Ἦδὲ γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντε ἡμῶν ἐστίν. In interroganda vocu παρατηρήσεως diu oleum et operam perdiderunt

philologi. Nostrae demum aetati contigit vera nominis interpretatio, ingenue exhibita a doctissimo Schlensiero. (Nov. Lexic. graecolat. in N. T. Tom. II. p. 422.) Verbo *εὐαγγέλιον* diligenter observandi vis, inest. Hinc derivato nomini (*εὐαγγελιστής*) 1) sollicitudo attentasque observationis notio; deinde 2) per metonymiam, id, quod observandum se praebet ipsum, quod incurrit in oculos, vel oculos omnium in sese convertit, ut splendor, pompa, majestas externa. Docet igitur Jesus, suam regnum non venturum (sicut de suo regno Messiano cogitantes sibi persuaderent Judaei) cum externo majestatis oculis perstringente splendore ac pompa, ergo neutiquam civile esse, seu terrenum. Hinc addit Servator (v. 21): Οὐκ ἔστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τῆς γῆς. *Non esse, ait, terrarum certis finibus circumscriptum, quibus solis imperet terrenus rex, terranae majestatis splendore indutus, sed versari in solis mortalium animis atque corrigendis et veritatis luce colustrandis.*

Jch. II, 3. sqq. Nicodemo, persuaso, Jesum esse divinum illum doctorem (Messiam) regnum coeleste conditurum in terris, idque agenti, ut (sicut ex comm. 5. colligere licet) baptisate initiaretur regni divini civis futurus,

respondit: *Ἀὐτὸ οὐκ ἔστιν ἐμοί, ἵνα μὲ τίς γεννηθῆναι ἔσθω, ἐπὶ δυνάτει ἰσθῆναι τὸν βασιλεῦσαν τοῦ Θεοῦ*, mōnens, neminem divini regni civem futurum (nec fieri omnino posse), nisi qui veluti regeneratus fuerit aspiciat Deo. Jesus ex Nicodemi responsō cognoscens, haesitavit cum in interpretanda phrasi *γεννηθῆναι ἐκ ὕδατος* officiosum intemperem agit, respondens (v. 7): *Ἀὐτὸ οὐκ ἔστιν ἐμοί ἵνα μὲ τίς γεννηθῆναι ἔσθω ἔξ ὕδατος: καὶ πνεύματος, ἐπὶ δυνάτει ἰσθῆναι αὐτὸν τὸν βασιλεῦσαν τοῦ Θεοῦ. Τὸ γεννηθῆναι ἐκ ὕδατος, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ γεννηθῆναι ἐκ τῆς πνεύματος, οὐκ ἔστιν ἵνα μὲ τίς γεννηθῆναι ἔσθω ἐκ τῆς πνεύματος, οὐκ ἔστιν ἵνα μὲ τίς γεννηθῆναι ἔσθω ἐκ τῆς πνεύματος*. Nisi quis, ait, baptisate admisso, religionis magis perfectae Deoque et hominibus dignioris cognitione fuerit imbutus, praeceptis ejus observandis morumque sanctitate conspicuus, divini regni civis dici nequit. Non nisi tenui religione (Mosis) paterna imbutus (ἐκ τῆς γεννηθῆναι ἐκ τῆς πνεύματος \*) deterioris conditionis, maneat Dei cognitionis atque imperfectae virtutis dicendus. (οὐκ ἔστιν ἵνα μὲ τίς γεννηθῆναι ἔσθω ἐκ τῆς πνεύματος)

\*) *Ἐκ τῆς* enim laud raro innuit religionis Mosaicae, in vrbis ac ceremoniis religiosi vigenis, observationem, ut Rom. IV. 2. (coll. c. III. 28.) Gal. VI. 12. 13. etc. Conf. Schleusneri Nov. Lex. Graeco-lat. N. T. Tom. II. P. 304.

\*\*) *Ἐκ τῆς* porro innuit infirmitatem, deteriorum conditionem quatenusque (vid. Schleusner. l. c. p. 305) unde et tronus atque imperfectae religionis Mosaicae nomen.

— Contra, nil, si quis religionis meae divinae ideoque magis perfectae praeceptorum gnarus fuerit, eaque servaverit (ὅτι ὑπονοήσαντες ἐν τῷ στίχῳ αὐτοῦ\*), nobilioris conditionis est, perfectae rerum divinarum cognitionis, perfectae virtutis.

Jesus autem regnum terrenum esse cum negasset (Joh. XVIII, 36.), ducet Pilatum (v. 37.), omnino sese esse Regem; eum enim in finem se esse notum et in publicum proditisse inter suam gentem, ut verum libere profiteretur et manifestaret (ὡς ἡ καταρχὴ τῆ ἀληθείας\*\*) veritatis amantem quemcumque\*\*\*) audientium esse ipsius vocem h. e. accepturam atque adoptaturam ipsius praecepta. (Πᾶσι ἵ ἐν τῷ ἀλλοθῶτι, ἀκούσῃ μου τῶν φωνῶν. Nomen ἀλλοθῶτι in scriptoribus Hellenisticis obvia praegnantis significationis est, et verae religionis et pro-  
hicitatis vitaeque integritatis vim habet, omnino sicut Hebraicum דָּבָר, cui substituere solent LXX. interpretes graecam illam vocem.

\*) Πρώτος religionis Jesu divinae ideoque perfectae auctoritate omnibus absolutae auctoritas est, solummodo in N. T. videtur Schömann. T. II. p. 595.

\*\*) Conf. Joh. V. 3. (Luc. XI, 48.)

\*\*\*) Ὁ ἐν τῷ ἀλλοθῶτι est: veritatis amator sicut ἐἴς ἱπὸθῶτι „veritatum amator.“ Rom. II. 4.

De vera religione sibi liberat **non** Psalm. XXVI, 3. Ps. LXXXVI, 11. etc. et ἀναθάλα, tam de religione naturali, (Rom. I, 18. 25) quam, et reberime quidem or **κατ' ἔξωθεν**, de christiana. Joh. VIII, 32. 2. Cor. IV, 2. Gal. III, 1. Col. I, 6. 1. Tim. II, 4. etc. \*) — De probitate ac mentis vitaeque integritate adhibita extat Hebraea vox (**נפש**) Psalm. LI, 8. etc. \*\*) , et Hellenistica (ἀκεχθαι) Joh. III, 21, c. VIII, 44. Rom. II, 8. 1. Cor. XIII, 6. (ubi opposita est **ἀδωια**) etc. Ergo Jesus divinum regnum, quod iure meritoque et summi dicitur (ut cuius verus sit conditor) verae, ejusdemque perfectae religionis et proficitatis imperium esse, distincte satis ac discrete prolietur.

Judaei persuasi cum essent, fore, ut Messias ipsos liberaturus sit a servitute Romanorum, corrigens, uti solebat Jesus, suae gentis errores, docebat, Veritatem solam (τὴν ἀληθειαν) h. e. veram religionem eamque magis perfectam, probitatem ac mentis vitaeque integritatem solam esse, quae liberare possit ac liberata sit servos ab improba servitute duroque imperio tum legis ritualis Mosaicae, tum

\*) Genē. Schlüssel J. c. p. 114.

\*\*) Vid. Büchli Thesaurus etc. Tom. I. sub v. Ἀληθεια.



προτερον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ἡραῶν, sed (καθὼς Πωλύ-  
ων) majorem Joanne (religionis Jesu praeceptis  
minus inobvato.)

Matth. XIII, 11. doctrinae religionis  
Jesu divinae, olim, Moaisimo vigente, Ju-  
daeis omninoque mortalibus ignotae, dicitur  
Μυστήριον εἶναι βασιλείας τῶν ἡραῶν.

Commate 24. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐστὶν τοῦ  
ἐκκαλύπτου τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν Χριστὸν.)

Com. 51. religionis Jesu doctor, rite insti-  
tutus, aulit: ὁ Γραμματικὸς μαθητευθεὶς αὐτῷ τῷ βασι-  
λεῖαν τῶν ἡραῶν.

Matth. XI, 12. Jesus praedivinator, sanio-  
rem suam doctrinam studiosissime amplexuras  
esse alias gentes, suo populo ipso tam contum-  
nae ac retractario religione sua divina quasi  
spoliato: ἡ βασιλεία τῶν ἡραῶν, inquit, βασιλεύει  
κατὰ δυναμὸς ἀποστόλου αὐτοῦ. \*) Id. quod verbis ma-  
gis disertis dicit Servator Matth. XXI, 43: Διὰ  
τοῦτο λέγω ὑμῖν, ἔτι ἀρδύσσεται ἡ βασιλεία  
τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν Χριστὸν ἵνα πενήτηι τοῖς κερματίαις αὐτοῦ.

Matth. VI, 10. Jesus, docens discipulos  
suos precari Deum, ut incrementum adferat ip-  
sius religioni eamque secundet: Ἐλθέτω, inquit,

\*) Alios interpretes aliter interpretari. hunc locum, me  
quidem non praestatit. Sed veretur, ut recte interpretentur.

ἡ θεολογία ἐστὶ — Idem fere, prouti statuere equidem ausim, innuit (comm. 11. v. vobis illis: Τὸν ἄρτον οὗτον τὸν θυσιαστικὸν δὲν ἔσθιεν αἱρεῖται. Etenim mihi videntur, quancumque nominis fuerint, interpretes, momentes, de pane, seu victu (usuratae animalis alimentis) dicere Jesum. Sed orationem contextum satis perpendenti fatendam, de pane naturali vix esse posse sermonem. Numquid Christus, vix precatus Deum de regno (τῆ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ) et consilio divino (ἐν φιλίᾳ τοῦ Θεοῦ) de pane quotidiano largiendo precas subdidit? et statim aliam animam spectantem („ad condonanda peccata“ —) transsilerit? ergo panis quotidiani mentionem, divini regni accelerandi, consilii divini perficiendi et peccatorum condonandorum commemorationi interiecerit et quasi insuerit? — — — Malim igitur vobis ἄρτον accipere sensu tropico, de nutrimento animi (ἐξ ἡμετέρας προνοίας) i. e. sancti, etque divina doctrina Christi. Nec destitit dicendi usus in libris S. S. N. T. Joh. VI, 32. Jesus: ἡ παρῆρ μου, inquit, ἔδωκεν ἐμὸν τὸν ἄρτον ἐν τῷ κόσμῳ τὸν ἀληθινόν, i. e. religionem meam divinam. Commate 33. ἡ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ἡ παρασθῆκαις ἐν τῷ ἄρτῳ, ἡμὶ θῶντες ἐν τῷ κόσμῳ i. e. doctrina mea divina, solitaria omnibus mortalibus. Commate 35. Ἐγὼ αἶψα, ἡμὶ ἡ ἄρτος τοῦ ζῆναι, i. e. Mea religio

vere salutis est. Possit, qui velit, nec dumno inepto, huc pariter referre, quae conviva ille Jesu (Luc. XIV, 15.) exclamavit: „Μακάριος ἐστὶ φάγετω ἄρτος ἐν τῷ βασιλείῳ τοῦ Θεοῦ“ — Nec abhorret usus (saltem aeque tropicus) nominum fere synonymorum *βρώμα* et *βρώσιον*, ut: Job. IV, 34. Ἐσθὶ βρώμα ἰσθι, ἕνα ποιεῖ τὸ δάγμα τοῦ περὶ πάντας με, i. e. consilio divino perficiendo nutritur quasi ac defectatur meus animus.\*) Orationis dominicae lectori attento, memori, post commemoratum divinum consilium perficiendam (προσδόντα τὸ δίκτυόν σου) statim mentionem fieri τοῦ ἔρπον τοῦ ἰσθαίου, locum hunc (Joh. 4, 34.) quasi interpretem agere meaque sententiam mirum in modum confirmare, vix negare licet. Similis dicendi usus circa nomen „βρώσιον“ idem facit loca quaedam evangelii Joannis: Cap. IV, 52. VI, 27. 55. — „Jesus panem illum dicit „τὸν ἰσθαίον“ in quo nomine interpretando sequi velim partes Hieronymi, quo auctore vim habere rei supersubstantialis i. e. non facientis ad (σύνθετο φασκόν h. e. ad) sustentandam naturam humanam. Itaque cogitandum de eo, quod

\*) Meminit et Irenaeus Istaiae supra laudatum (cap. IX, 2.) ἄρτος . ἰσθαίον . ἰσθαίον . (ἀπο ἀβραάμ)

animum spectet, ita, ut idem sit, quod (*ἄρσιν* *προσλαμβάνει*) panis spiritualis, nutriens et delectans animi. Egrege concinit versio Codicis S. N. T. Slavonica, reddens *πῶς ἐσθίσεται* *Насѣдимый*\*) (Naschtschni) i. e. substantialis. Sed haec ligetanus. Itedundum unde digressi sumus.

Math. VI, 33. admonet Jesus discipulos: *ἰζηότες πῶς ἐστὶν βροτῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πῶς ἐστὶν πνεύματος ζῆλου.* Opponit eo loco res. animum spectantes, victui naturae humanae, spirituales corporeis, divinas terrenis. Quis non dixerit ex humano loco, Jesum Servatorem regnum divinum exinere omni humanae conditioni formaeque, et ut mero spirituale, seu ad solum animum spectans, designasse.

Quae cum ita sint, sane non nisi morosa Zoilus perstringens me vituperabit, in oratione mea tertia, in templo Petriano, Petropoli celebrato, habita\*\*), depingentem divinum regnum ut lucis, justitiae, caritatis et pa-

\*) Vid. Tapfé Theoretisch-practische russische Sprachlehre, 4. Aufl., pag. 19.

\*\*) Vom Götlichen und Ewigen im Menschlichen, über vom Reiche Gottes auf Erden, 1815.

cis imperium. Nolim repetere quae satis fusa dixisse mihi videor in illo sermone.

Restat, ut, quae Apostoli Jesu divinum regnum commemorantes doceant, ostendamus brevissimis.

Rom. XIV, 17. monet Paulus, apostolus, in divino regno a Jesu, Salvatore, condito, non, ut olim in Moesiano, agi de rebus corporeis, ut de victus qualitate discernenda (*ἀφ' αὐτῶν ἡσίου καὶ κέρει*) et similibus, sed de virtute ac probitate (*δικαιοσύνη*), pacis et concordiae studio (*ἀγάπη*), laetoque et tranquillo animo, (*ἠσυχία*) ab omni invidia (*ἐπιθυμία*) alieno. (Conf. Gal. 5, 20. 21.), praeceptorum nobiliorum eorumque divinatorum ope ac beneficio partitis (*ἐκ κοινῆς ἀγαπῆς*). — Ergo Paulo apostolo, teste, regnum divinum a Jesu constitutum, solum spectat animum et lex ejus suprema est probitas morumque sanctitas.

Concordiam inter mortales, quarumcumque fuerint natalium ac gentium, promovendam, tanquam salutarem divini regni Jesu effectum, eximie celebrat idem Apostolus compluribus locis, ut Eph. 1, 10. c. 11, 10—8. Col. 1, 20.

Col. 1, 13. opponit Apostolus regnum Christi *τοῦ φωτός καὶ τοῦ ἀγαπῆς* (i. e. ἀγαπῆς) τοῦ Θεοῦ regno tenebrarum (*τῶ ἔθνους*

*de viâ stultis*) i. e. impietatis, superstitionum atque ignorantiae. Depingit igitur divinum illud regnum, ut regnum lucis ac pietatis, caritatis et concordiae<sup>\*)</sup>, ergo ut mere

*de viâ stultis* *etiam* *etiam*.

\*) Porro exponit divinum regnum (haud aliter de Jesus ipse, Joh. VIII, 32.) Apostoli ut reipublicam, insignem vera libertate civium, ut qui tam legis ceremonialis molestiae, quam vitiorum pravatumque cupidinum ac superstitionum duro imperio sint quasi exempti. Conf. 2. Cor. III, 17. Gal. IV, 4. 197. c. V, 1. Jac. I, 25. c. III, 12. 1. Petr. II, 16. Regnum, talem tanque insignem libertatem, concedens civibus, mere spirituale ac morale non dicere non poteris.

De reipublicae divinae ambitu ita disserunt Apostoli (sicut Jesus ipse, Matth. XXVIII, 19. Joh. III, 35. c. XVII, 2.) ut non sit animus gentis (sicut republicae religiosa illa, a Mose olim condita) sed omnium omnino mortalium, quibus dummodo velint, pateat accessus, concessa sit civitas. Conf. Eph. I, 10. 22. c. III, 10. Sed quae, quaeso, republica civilis omnibus populis omnique generi humano convenit? — — — Convenit sane

\*) Conf. orationem nostram III. I. c. pag. 27. 299.

divina illa, a Jesu condita, animum efformans ad probitatem ac morum castitatem sectandam; suscitans firmansque divinum illum spiritum, naturae humanae insitum et quasi reconditum a creatore.\*)

Quibus cognitis ac perspectis, vix est, quod quaeras, quid sit divinum regnum? quae illius ratio? Haud male docens S. Rev. Noerselt \*\*): „Jesu Christi imperium, inquit, continetur administratione salutaris humanae per Christi doctrinam effectionesque fructuosas hujus cum doctrinae usu, conjunctas.“ — Concinat fere S. Rev. Guil. Abt. Tollerus.\*\*\*)

Sed quid malus? Regnum veritatis bonique (Job. XVIII, 37.) strictius diversis id quidem institutum religiosum, quo adducuntur homines ad et Deo et ipsis hominibus digniorem summi Numinis cognitionem cultumque a superstitione et praecipitiis aequae alienum (Αλλοθνη), efformandi ad morum castitatem, animi probitatem (Προση), mutuamque amorem (Αγάπη, caritatem). Quis non de ipsa religione Christiana

\* Vid. our. note. II. p. 45. 199. et I. pag. 15. 20. 297.

\*\* Diss. de christo homine regnante, opuscc. Fac. II. pag. 316.

\*\*\*) Leticou N. T. tomé p. 596.

cogitaverit, quibus addicti, cives, *ἔθνη* (rerum divinarum cognitione perfecta inornumque castitate insignes) et *ἄνθρωποι Θεοῦ* (homines Dei similes) toties dicuntur in libris sacris N. T. — sensu tropico (quem adstant Orientales) recte *ἡ βασιλεία αὐτοῦ* regnum dicitur. — Est enim qui imperet, — Jesus, legislator; sunt pariter, qui obediunt imperanti, Jesu, Servatoris religionem amplexi quicumque. Propterea quod veritas (*ἀλήθεια*), pietas, (*πίστις*) et mutua amor (*ἀγάπη*, caritas —) regni divini, seu religionis christianae sicut *sursum* sanctissimaeque leges, non est, quod mirere, religionem Jesu ipsam saepissime dici *ἐπιείκεια*, *ἀλήθεια*, *ἀγάπη*, et eodem quidem jure eodemque tropo, quo vel ipsa religio Mosaisca (*ἡ θρησκεία* seu *ἡ πίστις*) et christiana (*ἡ ἀνακελευμένη*) satis frequenter audit in libris sacris, quod utraque, modo graduque quantumvis diverso, probitatem ac virtutem doceat suos cultores ipsisque injungat. — Hinc 1) *ἡ πίστις* dicitur, seu religio sanior ac sublimior eademque divina, solum animum occupans, non sensus externos; 2) *πίστις*, seu probitas, morumque castitas; 3) *ἀγάπη*, caritas, mutua amor, ut quem praecipiat suis cultoribus. Hinc (*ἀγάπη*) nomen religionis christianae ipsius, in libris sacris N. T. satis solemne, ut: Rom. XIV, 15. c. XV, 30. 2. Cor. XIII, 11. 15. Eph. I, 4.

c. III, 17. 1. Joh. IV, 19. 2. Joh. V, 6. Pro-  
 pterea tam frequens *πίστεως καὶ ἀγάπης κοινῆ*  
 sitio, innaens religionem Jesu eandem, seu  
 regnum divinum (*τὸ βασιλεῖον τοῦ Θεοῦ*).

Hinc *ἀλλοτρίοις τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ*, et: *μὴ  
 χεῖρας εἶναι κενῆς* (Marc. X, 15) idem omnino  
 est, quod „amplecti religionem Jesu.“ Hinc  
*ἀπρίστου τοῦ βασιλείου τοῦ Θεοῦ* (Act. XX, 25)<sup>1)</sup>  
 idem est, quod (v. 25) *ἀδυνατήσασθαι τὸ δουλεύειν  
 τῆς χεῖρας τοῦ Θεοῦ*. — Hinc coetus chris-  
 tianorum (*ὡς ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν χριστιανῶν*) igitur  
 discrete dicitur *ὡς βασιλεία τοῦ Θεοῦ*. *Concl. Rom. XIV,*  
*17. 1. Cor. IV, 20. Eph. V, 5. Col. I, 13 c.*  
*IV, 11. 1. Thess. II, 12, 2. Thess. I, 5. Hebr.,*  
*XI, 28. Jac. II, 5.*

Sed haec haecenus. Versamur jam nos  
 omnes in republica illa divina, a Jesu  
 condita, civitate illius, Dei gratia, donati.  
 Quam, prouti didicimus ex testimonio et Jona-  
 nis Baptistae, et Jesu ipsius, et apostolorum,  
 regnum sit veritatis bonique, institutum  
 more religiosum, adducens mortales ad digno-  
 rem Dei cognitionem nobilioresque cultum,  
 a superstitione ac praesudiciis alienum; effor-  
 mans cives suos ad animi probitatem, morum  
 sanctitatem mutuamque amorem: haud absona  
 fuerit questio: An regnum illud divinum.

nostris quidem temporibus egregie vigent? an cives ejus pura ac perfecta Dei retriouque diuinarum cognitione vitaeque sanctitate sint vere insignes? an libertate illa gaudeant, superstitionum, vitiositatis prauarumque cupidinum expertes? — — — — —

„Froh dolor! non nisi paucissimos regni sui cives hodiernos, suos dixit Jesus, maximam partem — gentiliū sane similiores! —

in cujus rei causas inquirere, non quidem ardua res est, nec altioris indigimus: sed hujus non est loci. Relegare ausim ad orationem meam I, in sede Petrina, Petropoli e suggesta habitam“) lectores,

Utinam societati illi, a Britannis, in compluribus Europae terris, institutae, id agenti, ut scripturae sacrae in omnes fere linguas conuersae exemplorum copia sit inter singulos populos, christianae religioni addictos, („Bibelgesellschaft“) contigat, efficere, ut regnum diuinum, nostris temporibus tam infirmum, tam inclinans ac labens, ex infirmi-

---

\*) Vom Göttlichen und Ewigen im Menschen etc., p. 8. 297.

32

tate sua mox convalescat, mox ita efflorescat et vigeat, ut civitate ejus dignos praedidare possit cives et hodiernos et futuros reipublicae divinae divinus auctor!